


Problema indulgentiarum, quo Lu-
theri errata dissoluuntur, et
theologorũ de eisdẽ o-
pinio hactenus a-
pud eruditos
uulgata a-
strui-
tur.

Fidei defensatrici, Catherinæ Angliæ et Franciæ reginæ dominę pariter et Hybérnię: omnium principum fœminarum facile clarissimæ, et semper augustæ, frater Alphonsus de Villasancte: minorita regularis obseruantiæ. S. D.

EN PROBLEMA indulgentiarum quas uocant: quod a me cotidiano ferme conuitio celsitudo tua efflagitat. De quo et si alijs meis scriptis, quæ sublimitatis tuæ etiam iussu in Lutherum composui: nolui disceptare, nunc tamen loqui cogor. At utinam qui illud legerint boni consulant: quia uideor mihi uidere obtrectatores quosdam, qui potius ut carpant, q̃ quid carpant: exploraturi sunt. Tamen, ni fallor, hac lucubratiuncula, id præstiti: ut qui uenias Luthero freti despiciunt: aut, questorum nugis allucinati: magnipendunt: æqua nunc trutina pensitare queant: et quid ueri cõtineant perfacile intueri. Quod non ideo dico, quia plus ęgi q̃ quiuis alius: sed quia diligentius (si fari liceat) eas a Lutheranis mendis tersi. Accipe igitur hoc problema regina candidissima: humili phrasi compositũ: et tuo Augustissimo nomini exporrecta fronte dicatum. Quod tuę altitudinis fultum pręsidio: mortalibus cæteris impertiri sinas oro. Vale decus fœminarum et exemplar splendidissimum. Ex cellula nostra Granuchensi. 14. kalendas februarias. Anno a salute Christiana. 1523. calculo romano.

Caput primum: quo indulgentia describitur: ac nonnulla, quę ad eam pertinent: perstringuntur.

SCRIPTVRVS sum cōtrouersiam: quę de uenijs, inter uiros perq̄ eruditos, passim agitur: quę quidem eo minus definiri terminariq́ꝫ potest: quo utrius partis ueritas, minus omnino constat. Vetus questio est: sed cuius nusq̄ in scripturis sanctis mentio fiat. Patres eam prorsus prætereunt: neoterici ecclesię usibus uicti de ea loquūtur. Quocirca in re tam perplexa, in qua tot opiniones obtenduntur: perarduum ac perdifficile arbitror iudicium ferre. Verum enimuero, quia hac nostra tempestate quidam uenias adeo extollunt: ut neq́ꝫ pœnitentiæ: neq́ꝫ uirtutum partibus cedant. Alij ediuerso adeo premunt: ut nullā penitus uim eis inesse cōtendant: operęprecïū existimaui: quid de eis, iuxta canonū et patrum authoritatem, a qua desciscere piaculum puto: sentire oporteat, in præsentiarum demonstrare. In primis igitur: quia, authore Cicerone: omnis quę a ratione suscipitur de aliqua re institutio: debet a definitione proficisci: ut intelligatur quid sit, de quo disputetur. Sciendum ꝙ indulgentia, quam uocant theologi, et iuxta eorūdum diffinitionem; est pœnę remissio: quā quis iuste pro peccatis proprijs subire debuisset; de thesauro

Indulgētię diffinitio.

saurο ecclesię et clauibus, ad diuinam iusticiam per=
soluendam : sumpta. Nam permutata ęterna pœna
in temporaneam, uirtute penitentiæ solum, aut sa=
cramēto adiunctę : superest pœna externa pro pec=
catis, quibus internus dolor non omnino satisfecit
luenda. Cuius pœnę remissionem : quæ, ut aiunt :
ecclesię arbitrio subiacet : recentiores indulgentiam
uocant. Proinde dum in pōtificum literis scribitur,
Concedimus quadraginta dies : aut centum indul=
gentiarum annos : perinde est acsi pontifex diceret:
Soluimus a pœnis quadraginta diebus : aut cētum
annis, ob peccata luendis. hoc est, tantū pœnę cul=
pis debitę : remittimus, quantum eo temporis in=
teruallo : quispiā subire posset. Sed de quibus pœ=
nis interpretari debeat, non mediocris extat contē=
tio. Tamen ut eos dicendi modos, qui cōsensu om=
nium uero magis propinquant : referam. Quidam
dicunt per indulgentias, eas dumtaxat pœnas elui:
quas, qui ex hac luce in charitate abeunt, et pœni=
tentiam peccatis debitam non egerunt, in purgato=
rio mox soluturi sunt. Ita quod indulgētia, iuxta eo=
rum estimationem: nihil aliud sit, q̄ purgatorię pœ=
næ uenia. Ex quo inferunt : quod nemo, quauis in=
dulgentia obtenta : a pœnitentia hac uita agenda,
solui possit. Alij putant, quod indulgentijs solum
delentur pœnæ : quę sacerdotum arbitrio imponū=
tur : ita quod si in pœnitentiæ foro : nihil iniunctū
sit, nihil

Indulgētiæ pœnas temporaneas tātū delere possunt.

Quid p indulgentias remittatur.

Prima opinio.

Secunda opinio.

sit, nihil remittere possint. Quã opinionem plerique neotericorum amplectuntur. Quicquid tamen eius authores fabulentur: reor, quod si indulgentię: non modo de clauibus sed de ecclesiæ thesauro prodeãt, quod nedum poenas in purgatorio luendas minuant, aut impositas deleant: sed omnem temporaneã multam, siue hac luce, siue alia soluendam: abolere prorsus queant. Nam quid clauium potestati thesaurus adijceret? si pręter poenas, quę clauibus subsunt: nihil remitterent? Sed an deleant maximas an minimas poenas, quæ peccatis reddi debent: facile est uidere: si denominatio fit a potiori. Et beneficiũ principis largissime interpretandũ est, extra de uerbo. signi. ca. Olim. Ita quod qui quadraginta indulgentiarum dies obtinet, tantum poenæ soluit, quãtum, si quadraginta dies iuxta ueterum canonũ poenitentialium normã, qui crimina seuissime multãt: iugiter poeniteret. Ex quibus omnibus palã liquet, quod indulgentię, quę ad culpę deletionem, quę tãtum poenitentię foro subijcitur: conferuntur: nihil omnino pręstant. Qua propter exulant illæ literæ, quæ remissionem culpę et poenæ pollicentur.

Quas poenas indulgentiæ deleant.

Indulgẽtiæ ad tollendã culpã nihil prosunt.

Capit. 2. quo ostenditur, unde primum indulgentię effluxerint: atque qualiter cum clauibus: earum potestas fuerit Petro eminenter collata.

Vnde indulgentiæ ortũ habeant.

Gregorius magnus primus indulgentias indulxit

QVO DE fonte indulgentiæ promanarint, aut quis primus fuerit author earum: haud facile indagari potest: dum quidem nec sacrę literæ liquidam de eis mentionem faciunt: nec apud ueteres quippiam legitur. Sunt qui dicant Gregorium magnum fuisse primum mortalium, qui eas coluit. Sed tunc perdifficile esset coniectare, quid uirũ sanctum pariter et eruditum permouerit ad instituendam, citra patres et sanctas literas: rem nouam in ecclesia. Quisquis ergo fuerit ille, qui eas primo uulgauit: id inter eruditos constat: quod ecclesia non arrogasset sibi hanc potestatem: nisi a Christo eam accepisset. Vnde quidam ex illo loco Pauli ad Corinth. Ego, si quid donaui: in persona Christi donaui: id arguunt. Non desunt etiam, qui ex illo uerbo Christi ad Petrum (quod uerius puto) Quodcumq; solueris super terram: erit solutum et in cęlis: hoc ipsum inferant. Quicquid sit, postq̃ constans opinio est, et fides ab initio recepta: ecclesiã habere hanc potestatem concedere oportet, siue uoce, siue scripto fuisse ei a Christo collatam. Secus uero necessum esset nobis fateri, eã passim decipere. Quod si quis non magnifaciat, ecclesiam acceptam pro romanis pontificibus, fallere et falli posse: ac subinde lucri gratia indulgentias perperam prędicare, is palam refellitur. Quippe nõ est fas credere theologos doctrina et sanctitate percelebres: a quibus stultũ

Ecclesia potestatem cõferẽdi indulgẽtias iure diuino sibi uendicat.

theologi cũ ecclesia errare nequeunt.

et impiũ

et impium est, ob paucorum uanitatem, dissentire: tot tantaq; de indulgentijs memoriæ prodidisse: q̄ q̄ romani, lucro uicti, cæcutissent, si non habuissent compertum, ecclesiam eas posse conferre. Quocirca sit id unum iactum fundamentum, super quo multa, quæ plurimum fidei sibi uendicant: construuntur: Quod ecclesia ad dandas indulgentias (ut omnes iuniores theologi, cum tota Christianorū schola: ingenue fatentur) a Christo cum clauibus acceperit potestatem. Quod breuibus persuadere non est difficile. Nam si claues nihil prorsus possunt in culpam, nec in æternam pœnam, quæ soli deo subsunt remittenda, et potestatem aliquā prę se ferunt: consequens est, quod in temporaneā possint. Secus uero cum peccator plura ob scelus non incurrat: nihil potestatis clauibus relinqueretur. At cum bina clauium potentia fuerit Petro inter cęteros eminenter tradita: ut ex promissione Christi, qui fallere nequit: Tibi dabo claues regni cælorum, & cętera. Constat, relinquitur, quod in romanis pōtificibus, qui iure Petro succedunt: eminentissime hæc potestas consistat: atq; pœna temporanea peccatis reddenda et remittenda, ad eos potissimum decumbat. Accedit ad hoc, quod ecclesia, Christo uinculo indissolubili copulata: cū ad educandos liberos, quos ei gignit: thesaurū iure coniugij sibi uendicet. Summus pontifex, qui, loco Christi: eam moderatur in terris:

Petrus accepit cum clauibus potestatem cōferendi indulgentias.

Peccator ęternā aut tēporaneā pęnā incurrit peccando.

Romano pōtifici incumbit omnem pœnā tēporaneā peccatis debitam remittere.

Papa rector est uniuersalis ecclesiæ.

terris: huiusmodi thesauri dispensandi munus præ alijs obire debet. Vnde etiam sumitur argumentū: quod soli episcopi, qui suarum ecclesiarum coniuges appellantur: remissiones largiri possint.

Epi, quia ecclesiarū suarū coniuges appellātur, indulgentias dare possunt.

Caput. 3. quo demonstratur, a quo indulgentiæ efficaciam sortiantur, cuiusq; potentiæ dandæ subiaceant.

Ex opibus satisfactorijs et supererogationis prodeūt indulgentiæ.

VNDE indulgentiæ uim habeant, ipse uulgi prædicat consensus, ferunt enim ex Christi et sanctorū meritis, qui pene innumeros passi sūt cruciatos: thesaurū effluere: qui pro cūctorū mortaliū pœnis, si adhuc in immensum excrescerent: abunde satisfacere queat. Ita quod quicquid supplicij, post ęternam pœnā pœnitentia expiatam, peccatis reddendum est: hoc thesauro solui possit. Quibus si quispiam sese opponat dicens: Quod sancti quāuis permulta tormenta pertulerint: beatitudinis tamen munere donati sunt, quod eorum merita excessit, ijs non obuiat. Quoniam extant Christi merita, qui confessione omnium, citra passionem aliquam, gloriam recepit. Extant et sanctorum, qui et si bonorū, quę in corpore gesserūt: opimam mercedem reportauerint. plures tamen cruciatus, ad ulciscenda sua scelera: subierunt, q̄ essent digni: et qui ad quamuis pœnam nobis soluendam, restant uendicandi. Sed unde

Pena eterna penitentia expiatur

Christus obtinuit gloriam essentialem sine meritis.

Sācti multa opera pęnalia nobis p remissiones applicanda reliquerūt.

Sancti quomodo plures cruciatus ad ulciscenda sua scelera subierunt quam essent digni: et qui ad quamvis poenam nobis soluendam restant vendicandi

unde, huiusmodi distribuēdi thesauri, ius ad maximum pontificem eminenter spectet: superest nunc probare. In confesso enim est apud omnes, qui sunt uel sacris literis initiati (ut Ioan. ultimo liquet) Christum hinc ad sydera profecturū, Petrum, ut eius uicem in terris gereret: ecclesię pastorem constituisse. eiq; cuncta, quę ad alendas oues pertinent: simul et tradidisse. At cum interdū minis, interdū uero blāditijs, grex misticum trahatur ad pastū. consequens est, quod thesaurū, ouibus distribuendum: pastori Petro commiserit, ut agmen premio uictum, facilius cogeret ad ouile. Neq; ijs obstat, quod in prima ecclesia indulgētiarum munera populo minime distribuebantur. Quia tunc homines rarius peccabant, poenas peccatis debitas libentius subibāt, diuinisq; rebus addicti, pietatis opera solertius exequebātur. At postq̄ charitas multorum refrixit, abijtq; gens omnis in omne nefas: opus est nunc pastoribus, qui oues pascere debēt. multis et uarijs eas premijs cōpellere. ut, munere allectę: ad captandū animæ pabulum ocyus aspirent. Quare manifestū euadit, quod romano pontifici, utpote Petri successori, cui hæc omnia incumbunt, cura etiam distribuendi thesauri: commissa sit.

Petrus ecclesię pastor potestatem conferendi indulgētias ad pascēdas oues a Christo accepit.

In primitiua ecclesia non fuerūt indulgētię.

Nunc opus est christiāo orbi indulgentijs.

Caput. 4. quo opinio Lutheri, qui indulgētias refellit: ad uerbum describitur.

Lutherus pro nihilo ducit indulgentias.

PRAEDICTIS OBIICIT se Lutherus cõtendens, indulgentias meras nugas esse: quæ non ex authoritate scripturæ, sed ex romanorũ põtificum auaritia originem trahunt. Et, ut suam ęstimationem construat, duo fundamenta iacit, quæ si diruantur: tota eius fabrica ruet. Papa, inquit, nullas potest pœnas remittere: pręter eas, quæ suo uel canonum arbitrio imposuit. Quod, enumerans pœnarum genera, quę homines pati possunt: probat. Prima enim gehẽne pœna, quam damnati patiuntur, et quam solus deus per remissionem delet, certum est, quod nec in summi pontificis, nec in infimi potestate est: ut omnes in tota ecclesia tenent. Secundam purgatorij, constat non esse in ullius hominis potestate. Tertia ipsa uoluntaria et euangelica, quam operatur pœnitentia spiritualis, et quę est præcepta a Christo, ac omnino de necessitate salutis: nullo modo est in potestate ullius sacerdotis, neq; ut augeat, neq; ut minuat. Non enim ex arbitrio pẽdet hominis, sed ex gratia et spiritu. Quarta, quæ est castigatoria et flagellatio dei: extra manum esse pontificũ nemo dubitat. Quinta, canonica scilicet ab ecclesia cõstituta. Hanc esse plenario iure in manu pontificis non est dubium: et in hac comprehenditur ea, quam suo arbitrio posuit sacerdos. Sexta, quę fingi potest: non est nisi gradu distans a quinta uel tertia. puta quod ubi tertia et quinta non essent

Primũ fundamentum quod Lutherus conclusione quinta ponit.

Pœna gehẽne et purgatorij nõ sũt in potestate papæ.

Pœnitentia euangelica est de necessitate salutis.

Pœnę canonicę et arbitrarię subsunt potestati papæ.

essent satis, tunc ipsa imponeretur: scilicet plus orationis, ieiunij, eleemosinę. At quatuor priores non potest papa remittere. ergo nullā, nisi canonicā uel arbitrariam. Quod si quispiam dixerit papā uirtute thesauri, qui ex Christi et sanctorum meritis cōflatur: pœnā secundam remittere posse: aut ad minus sextam. Hinc refellitur. quia thesauri ecclesiæ, unde papa dat indulgētias: neq; satis nominati sūt: neq; cogniti apud populum Christi. quia nec sunt merita Christi, nec sanctorū, quæ semper sine papa operantur gratiam hominis interioris: et crucem, mortem, infernūq; exterioris. Quod subiectis argumētis probatur. Quæ quidem, ut magis constent, sicut Lutherus ea componit: ad uerbum referam.

Nulli sunt ecclesię thesauri, quos uulgo appellant secundū Lutherum. Secūdū Lutheri fūdamētū, quod conclusione quinquagesima octaua ad uerbum, ut hic, exarat: ponit.

Caput. 5. quo omnia obiecta, quę Lutherus in thesauros conflat: referuntur.

SI ENIM essent huiusmodi thesauri, quibus per indulgentias aliqua fieret recōpensatio: tūc indulgentiæ non essent indulgentię: quia nō essent gratuitę remissiones, sed alienæ satisfactionis applicationes: et tūc nihil efficeretur uirtute clauium, nisi translatio quædam operum. nihil autem soluitur, quod est contra uerbum Christi: Quodcūq; solueris super terram. & cætera.

Prima obiectio in thesauros.

Item tunc idem per claues agitur, quod de facto fit:

Secunda obiectio.

quia, si sunt opera sanctorum in ecclesia isto modo: certe per spiritum sanctum nõ permittuntur ociosa iacere: sed de facto succurrunt, quibus possunt.

Tertia obiectio. Item nulla sunt opera sanctorum relicta irremunerata: quia, secundũ omnes: deus premiat ultra condignum. Et Paulus. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.

Quarta obiectio. Item nullus sanctorum, in hac uita: sufficienter impleuit mãdata dei. ergo nihil prorsus fecerũt superabundans. Quare nec ad indulgentias aliquid distribuendum reliquerunt. Consequentiam credo satis claram: sed maiorem ita probo: ut non sit dubitanda: sed ita credenda, ut eius contraria sit hæretica.

Prima probatio. Primo per illud Christi, Cum feceritis omnia, quæ pręcepta sũt uobis: dicite, serui inutiles sumus. Sed seruus inutilis, citra non ultra fecisse: intelligitur. Nisi forte quorundam insulsissimorũ hominũ somnia sequamur, qui humilitatis non ueritatis gratia: hoc dici suis Christum uoluisse garriunt, Christum mendacem facientes: ut nec ipsi sint ueraces.

Secũda probatio. Secundo per illud Matth. 25. Quod prudentes uirgines nihil prorsus communicare uoluerunt de suo oleo, timentes ne ipsis quoq; deficeret.

Tertia probatio. Tertio per illud Pauli Corinth. 1. Vnusquisq; mercedem accipiet secundum proprium laborem. Et ad Galat. Vnusquisq; pro se reddet rationem. Et iterũ. Vnusquisq; recipiet, prout gessit in corpore.

Quarto

Quarto, omnis sanctus debitor est diligendi dei, quantum potest: imo ultra q̃ potest: sed nullus id fecit, nec potuit. Quarta probatio.

Quinto, sancti per opus suum omnino perfectissimum, scilicet mortem, martyrium, passionem, non faciunt ultra quã debent, imo faciunt quod debent: etiam uix faciunt. ergo multo minus in alijs operibus plus fecerunt q̃ debuerunt. Quinta probatio.

Sexto, quod cum tot ego argumenta producam, illi autem pro sua parte nec unum, sed simplicem narrationem, sine scripturis, sine doctoribus, sine rationibus loquentes. Possumus, imo debemus ab eorũ sententia omnino recedere. Sed hæc sint mea. Sexta probatio.

Caput. 6. quo recensentur sanctorũ authoritates, quibus thesaurum ecclesię Lutherus infirmare contendit.

NVNC idem probo authoritate sanctorũ patrum. Et primo per illud familiare Augustini. Omnes sancti necesse habent orare: Dimitte nobis debita nostra: etiam tunc cũ benefecerint: eo quod Christus nullũ exceperit, quando orare nos docuit. Sed, qui confitentur debita: certe nõ superabũdant. Prima authoritas August.

Secundo per illud psal. 31. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatũ. Et infra. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Quam beatus Hiero. dialogo Secũda authorisas p̃s.

contra pelag. egregie tractans, dicit. Quomodo est sanctus, si pro impietate orat? rursum si est impius, nō est sanctus. &c. Ita quod sancti, per orationem, et confessionem suæ impietatis: merentur sibi non imputari peccatum.

Tertia autheritas August.

Tertio beatus Aug. li. 1. retracta. Omnia mandata implentur. quando quicquid non impletur, ignoscitur. Tractat enim ibidē questionē, an sancti impleuerint mādata perfecte: et negat, dicens: Quod magis ignoscente deo, q̃ implente homine.

Quarta authoritas August.

Quarto, idem confessionum. 9. Vęh hominū uitę: quantumcumq; laudabili, si remota misericordia iudicetur. Ecce etiā sancti indigent misericordia in tota uita sua. Ad quod illud Iob. Si etiam iustū quippiam habuero, iudicem meū deprecabor. Quomodo ergo superfluunt alijs, qui sibi non sufficiunt?

Quinta authoritas.

Item beatus August. inducit aduersus Iulianū decem antiquos patres ecclesiasticos, puta Hilarium, Cipria. Greg. Nazāzenū, Ioan. Chrysost. Ambro. Hireneū, Olimpium, Rethitium, Innocentium, in eandem sententiam, et illorum authoritati nititur, probās nullum sanctū in hac uita sine peccato esse. secundum illud. 1. Ioan. 1. si dixe. quod peccatum non habemus. &cę. Et in de natura et gratia idem. Ex quibus et multis alijs, quę longum esset hic narrare: concludo merita sanctorū nulla esse superflua sibi, quæ nobis ociosis succurrant. Et, ut aliquando

audax

audax sim: ea, quę iam dixi: protestor me nō dubitare: sed paratus sum ignem et mortem subire pro illis. Et hęreticum asseram omnem, qui contra sapuerit. Tamen per impossible admittendo. Quod uere superfluerent merita sanctis. nescio si satis dignū opus fieret ab ecclesia: ut tam preciosa merita tam uiliter expēderet, scilicet pro solutione pęnarū: cū solutio pœnæ sit uilissimum donum ecclesię et uilissimis donabile. Martyrum autem et sanctorū pœnæ debent esse potius in exemplum ferendarū pęnarū. Sic enim oramus, quorum festa colimus: uirtutem quoq; passionis imitemur. Prima obiectio.

Ita nec ecclesia mater tunc uidetur pie agere, quādo relaxat, sed quando castigat et coercet: ut patet in excōmunicationibus et censuris. Quas pœnas utiq; non relaxat, sed potius infert. Tunc maxime, quando fuerit maxime sollicita pro filijs suis. si autem relaxat, quasi desperans hoc facit, timens peiora euenire. Igitur cum sint pœnarum remissiones tam uile donum, et sola potestas clauium ibi satis sit. Videtur certe non parua reuerentia fieri, tā egregijs sanctorum laboribus, si stertentibus impertirentur. Secunda.

Multo melius beatus Augustinus inquit, Solemnitates martyrum exhortationes martyriorum sunt: ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

Sed hic alonge audio quorūdam acutum argumentum. Verum est, inquiunt, sancti non fuerunt sine

peccato

peccato in hac uita, ſed ueniali, nihilominus plura potuerunt facere q̃ debuerunt. Cũ iſtis quidem obtuſiſſimis ingeniis difficile eſt agere in hac re. Tamẽ breuiter dico, id eſſe ueniale peccatum: quia minus faciunt, q̃ debent. non autem id, quod ipſi fingunt: ſolum eſt ueniale peccatum: ſcilicet riſum, uerbũ leue, cogitationem. Eſt quidem hoc ueniale peccatũ ſed magnum ueniale. Verum etiam opus bonũ optime factum eſt ueniale peccatũ (ut ex beato Aug. ſupra.) Tunc mandata complentur, quando quicquid per nos cõpletur ignoſcitur. quod in omni opere bono fit. Semper enim uenia petenda eſt: ſecũdum orationem dominicam. Vnde ſanctus Bonauentura, cum aſſeruit hominem poſſe ſine peccato ueniali eſſe, utiq; defecit ſanctus homo.

Quid ſit ueniale peccatum ſecuũdũ Lutherum.

Caput. 7. quo obiecta, quę Lutherus in Chriſti merita, pręcipuum indulgentiarum theſaurum conflat, ad uerbũ recenſentur.

Prima obiectio.

QVOD Chriſti meritum ſit theſaurus indulgentiarum, nego donec docear. Et cauſa negandi eſt: quia nullis ſcripturis id probari, nec rationibus oſtẽdi poteſt. neq; ipſi, qui hoc tenent: probant: ſed ſimpliciter narrant. Et in eccleſia aliquid aſſerere, cuius nulla poteſt ratio uel authoritas reddi, eſt eccleſiam hoſtibus et hęreticis irriſioni exponere. Cum

nere. Cum secundum apostolum Petrū, teneamur rationem reddere de ea, quę in nobis est, fide et spe. Hic autem adeo nulla authoritas est, ut si hodie determinaret ecclesia romana partem affirmatiuam, nihilominus maneret idem periculū: quia non possumus rationem reddere aliam: nisi quia sic papæ, et Romanæ ecclesiæ placuit. Sed quid ista ratio faciet, si ab ijs urgeremur, qui romanam ecclesiam nō sequuntur, ut hæreticis pighardis, qui non uoluntatem papæ et romanę ecclesiæ, sed uel authoritatē, uel rationem probabilem quęrunt?

Secundo, respondeant mihi ad istam contradictionem, beatus Bonauētura, et Thomas, et sui sequaces constanter dicunt, quod opera bona sunt meliora, q̄ indulgentiæ. esto ergo hęc uera. Item per indulgentias applicantur et expendūtur merita Christi. esto etiam hæc uera: quia et hanc constanter omnes asserunt. Item merita Christi incomparabiliter sunt meliora, q̄ bona opera nostra, imo sola bona. esto etiam hæc uera. Hic ego cōcludo et infero. Infelix qui non dimittit opera sua bona, et solum quęrit opera Christi.i.indulgentias: cum sit omnium blasphemiarum ultima sentina, sua opera bona pręferre operibus Christi: Aut ergo opera Christi nō sunt thesauri indulgentiarum: aut superbit miser, qui non, omissis omnibus præceptis, solum indulgentias emit. At cōtra. S. Thomas et Bonauen= Secūda obiectio.

tura dicunt, quod non sunt præceptę indulgentiæ, et quod sunt uiliores bonis operibus: ergo nō sunt opera Christi: et sunt opera Christi simul et semel.

Tertia obiectio.

Item resumo argumentū, quod glo. de pœni. et re. c. Quod autem facit. scilicet si indulgentię sunt remissiones, non debet homo ultra ieiunare, aut bona facere. Aut ergo indulgentię non sunt thesaurus meritorum: aut optime sequitur, quod consecutus debet quiescere ab operibus suis bonis pro peccatis.

Quarta obiectio.

Item papa est mecum: quia et si concedit indulgentias: nusquā tamen dicit, quod sint de thesauro meritorum Christi et ecclesiæ: Imo, se declarans, dicit, de. pœni. et. re. ca. Cum ex eo. ꝙ sunt eneruationes pœnitentialis satisfactionis: Sed eneruatio non est impensio meritorum Christi: sed tantum sublatio pœnarum.

Quinta obiectio.

Item si sanctus Thomas, et Bonauentura, Alexander de Ales sint insignes uiri, cū suis discipulis Antonio, Petro Palu. Augustino Anconę, præter canonistas qui omnes eos sequuntur, tamen iustū est eis præferre ueritatem: deinde authoritatem papæ et ecclesiæ. Hactenus Lutherus: quæ ad uerbū idcirco referre uolui: ne, si eius uerba mutassem: aut adiecisse, aut subtraxisse quicq̄, me quispiā arbitrareť.

Caput. 8. quo uerū indulgentiarū fundamentum ostenditur: et Lutherana opinio confutatur.

At tam

AT tam et si hæc omnia, quæ a Luthero dicta sũt: exactius, q̃ hic sit locus: ꝑtractãda essent: dum quidem ecclesię fidem abrogant: et cõplurima citra patrum disciplinã referunt: ac toti Christianæ scholæ contradicunt. Tamen quia hoc opusculo solum decreui Lutheri errata de indulgentijs refellere: sat fuerit, ne tractatus modulũ excedere uideamur: ea paucis stringere: et in uniuersum falsa demõstrare. Sed quia mens mihi est sanctorum doctrinã omnifariam prosequi: eamq́, ueluti inexpugnabile propugnaculum: falsis Lutheri telis obijcere: operæprecium existimaui nonnulla, ex eorum uena deprompta: in primis pręfari. Diuus Augustinus, omnibus literis apprime eruditus: animaduertens, permulta in ecclesia obtinere authoritatem, quę ex sacris literis constare nequeunt: quæq́ si uiolarentur, religio nostra nonnihil detrimenti pateretur. Ecclesiasticarum, inquit, institutionum quasdam in scriptis, quasdã uero apostolica traditione, per successores in ministerio cõfirmatas: accepimus. Quasdam uero, consuetudine roboratas: approbauit usus: quibus par ritus, et idem utriusq́ pietatis debetur affectus. Quis enim uel aliquãtulũ scripturarũ expertus hęsitauerit? Si enim attenderimus consuetudines ecclesiæ, non per scripturas a patribus traditas, nihil existimare, quantum religio detrimenti sit latura, intente inspicientibus liquido constabit.

Cõplurima pręter sacras literas et patres Lutherus loquitur.

Ecclesiæ institutionib⁹ a patribus traditis, uti sanctis literis assentiẽdum est.

Idemq̃. In ijs rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei, et inſtituta maiorũ, pro lege tenenda ſunt. Ex quibus uerbis, et ſi plura citare poſſem: Lutheri opinio palã refellitur. Nam quid obſecro opus eſt, ſcripturæ locũ, quem in omni re indiſciplinatus efflagitat: ad aſtruẽdas indulgentias adducere: ſi ex ritu eccleſiæ et theologorum conſenſu, quæ parem pene cum diuinis literis obtinent authoritatem: probari queunt? Hoc proculdubio eſt unum, et inter cætera, robuſtiſſimum argumentum, quod chriſtiano philoſopho, de re ambigua, fidem facere debet: quod eccleſiæ mos, et uirorum doctiſſimorum conſenſus, a quibus tota ferme religio pendet: idem aſtruunt. Vnde enim niſi ex hoc fonte robur eorum, quę in eccleſia culmen tenent authoritatis, et tota fidei firmitas effluunt? Quippe eccleſiaſtici ſcriptores, qui canonem ſcripturarum recipiunt: hinc probant, Euangelium illud eſſe Matthæi: hoc uero Lucæ, quod legimus: Illam epiſtolam Pauli: hanc autem non: illam canonicis: hanc quidem apochriphis annumerãdam eſſe. Quod eccleſiæ decretum et patres id prędicant. Nempe hoc argumento ab eccleſia ſublato, ut euertas funditus religionem oportet. Neq̃ ijs obſtat cauillum, quod quidam in hac uoce, eccleſia, latere dicunt. Quoniam licet (ut ipſi uolũt) accipiatur eccleſia pro romanis pontificibus, qui indulgentiarum decreta

pmulta ad chriſtianam religionem pertinent, quę non habentur in ſcripturis.

Eccl'ię mos et patrũ aſſenſus diuinis literis ęquipollẽt.

Tota fides pendet ex eccleſiæ authoritate.

Tota ſacra ſcriptura eccleſię approbatione recipitur, authoritatẽq̃ obtinet.

Eccleſiæ authoritate neglecta tota religio perit.

decreta condiderũt: nõ est ęquum credere eos simul cum omnibus eruditis, qui indulgentias recipiunt: in hũc errorem conspirasse. porro itidem de quauis ecclesiastica consuetudine cauillari posset. Quocirca dũ Lutherus petit a nobis scripturæ authoritatem, qua indulgentias proclamamus: fatemur nusq̃ haberi. Habemus tamen ecclesiæ uocem, et patrum eruditissimorum pariter et sanctissimorũ iudicium, quibus, uti diuinis oraculis, assentimur. Ea enim ratione uicti eas recipimus, qua cuncta, quæ in ecclesia sunt: probamus. Hęc una nobis demonstratio, ad eas amplectendas, suppetit: quã inter alias plurimi facimus: et omnibus rationibus anteponimus: quod ecclesia, cum toto theologorũ conuentu, eas inuulgat, eas affirmat, easq; ad tollẽdas pœnas peccatis debitas ualere asserit. Hoc argumento coacti, de eis loquimur, hoc solum obiecta, in eas composita dissoluimus, et eas tanti esse, quanti ęstimantur libera uoce fatemur. Vnde nec sunt nugæ, nec exactiones romanorum auaricia confectæ (ut Lutherus perperã cominiscitur) sed ueracissimę pœnæ debitæ remissiones. Et licet pleriq; doctorum de earum, ut de sacramentorũ ualore disceptent: omnes tamen probi theologi, in hanc sententiam ueniunt. Quod pœnas temporaneas, non solum humano iure, sed et diuino soluendas, eluere queant.

Potissimum indulgentiarum fundamentum.

Authoritas ecclesiæ et patrum demonstrationi pręfertur

Indulgentie pene debite [illegible]

Indulgẽtiæ delent pœnas temporaneas ex diuino iure cõtractas.

Caput

Caput. 9. quo aperte monstratur sacramentalem satisfactionem, quã Lutherus in ecclesiastica statuta reijcit, ad diuinũ ius pertinere.

SED hic obiter incidit soluẽda quęstio de sacramentali satisfactione, quæ indulgentijs subijcitur: et quam ecclesiastico arbitrio statutam: Lutherus falso arbitratur. An uidelicet ex humano, an diuino iure prodierit. Quę quãuis prolixius, q̃ hic locus desyderat, differenda esset: tamen, ut ad indulgentias spectat, eam breuibus enodabo. Sacramentalem itaq; satisfactionem, ad diuinum et non pontificium ius pertinere: uel hinc arguitur, quod eius natura ex clauibus euidenter pendet. Sane si ęterna poena, ut inconfesso est, deo pertinet remittenda: et aliquam claues potestatem præ se ferunt, nullã pręterea ~~m~~, quę permutationẽ, in temporaneam pęnã, arbitrio sacerdotis taxandã facere potest, restat. At cũ id poenæ arbitrium: Vel, ut clarius dixerim, hãc poenam arbitrariã, pro peccatis impositam: Ecclesiastici scriptores sacramentalem satisfactionem appellent, dilucidum est eam, quemadmodum claues, a diuina lege et non humana ꝓcedere. Neq; illa poenæ limitatio, arbitrio hominis facta, sicut nec absolutio, impedit, quin iuris diuini esse censeatur. Nã sicut æstimare tantũ doloris ad expianda scelera necessarium esse (ut insignes theologi æstimant) aut quan tulumcũq;

Lutherus ꝑperam ęstimat sacramentalem satisfactionẽ ad ecclesiæ ius tãtũ pertinere.

Sacramẽtalis satisfactio ex diuino iure deprõpta est, qui ex clauibus pro manat.

Sicut absolutio sacramentalis ad diuinũ ius pertinet, et si ab hoie fi

Item̄ oratio, Elemosina

quantulumcūq₃ sufficere (ut alij e diuerso) extra diuini iuris metas contritionem non ponit: ita nec arbitrari tantum pœnæ, in peccati compensationem, soluendum esse, facit satisfactionem esse iuris humani. Adeo enim temporanea supplicia, sceleri rependenda, deus sacerdotum potentiæ subiecit, ut in tota scripturę serie nequeat Lutherus indicare locum, qui talem aut tantam pœnam in peccati satisfactionem imponat. Quippe ieiunium, oratio, eleemosina. Tria hęc, quę ad luenda crimina, in sacris literis sparsim designantur: non ita alicui sceleri mulctando uendicātur, quin possint quoduis aliud expiare. Quare si nulla pœna pctō infligēda, nec quo ad speciē, nec mensurā, est in diuinis literis annotata, quis ibit inficias: sacerdotes, quibus arbitrandi potestas collata est: quamlibet moderari, et in talem aut tātam iuste permutare posse. Ex quibus manifestum est, satisfactionem ad diuinum ius pertinere. nihilominus tamen, quia hæc arbitrādi potentia fuit Petro, ut demonstratum est, cum thesauro dominico gregi distribuendo, eminentissime tradita. potest papa(ijs accedentibus, quæ iustas remissiones faciunt) quantamlibet pœnam peccatis imponendam dimittere.

at, ita et pęnæ limitatio a sacerdote facta, quā sacramentalē satisfactionē uocant.

Sacra scriptura nullam pœnā limitat, præter ęternā, sed sacerdotib⁹ limitandā relinquit.

Caput. 10. quo Lutherana obiecta in uenias composita dissoluuntur.

Nunc

NVNC ergo ſolum ſupereſt, Lutheri obiectiones, quæ indulgentias ablegare uidebãtur: diſſoluere. Prima igitur, quã uti fundamentũ multarũ conſtruendarum iecit, ex præſcriptis caſſatur: quia præmonſtratũ eſt, papam poſſe alias pœnas remittere, ab illis, quas ſuo uel canonum arbitrio impoſuit: quia poteſt ſecundam, ſextamq; iure diuino et non humano ſolum ſoluendas: per uenias iuſte diſtributas eluere. q̃q̃ nequeat gehẽne pœnã, nec euangelicam, nec caſtigatoriam, quæ ſoli deo ſubſunt remittendæ: delere. Maxime, quod ad dandas uenias, plus ſatis eſſet canonicas et arbitrarias pęnas, quas in diuina iura reiecimus: poſſe diſſoluere. Vnde primi fundamenti, cui Lutherus nimiũ fidebat: liquet ruina.

Primi Lutheri fundamenti ad diruendas indulgentias iacti ruina.

Secunda, quæ primo eccleſiæ theſauros negat: diſſoluitur, negando eos non habere in eccleſia nomen impoſitum. ſunt enim Chriſti et ſanctorum ſupererogationis opera, quæ a catholicis ſcriptoribus: theſauri iccirco appellantur, quod ad ſoluendas fideliũ pœnas in eccleſia ſunt recondita. Et dum Lutherus ex hoc infert, indulgentias eorũ uirtute factas: non eſſe remiſſiones. &c. Id nõ eſt conſequens. Quoniã licet per applicationem alieni operis fiant: tamen quia illa applicatio fit libere, et citra meritum illius, cui pœna remittitur: iure appellantur indulgentię. Et quãdo ultra deducit: q; nihil efficitur uirtute clauium

Primę i theſaurũ obiectionis ſolutio.

Indulgẽtiæ abſq; meritis eorũ: qui eas obtinẽt: cõferuntur.

uium, niſi tranſlatio quædam operum, nihil autem ſoluitur. &c. Reſpõdeo. ꝙ ſi indulgentiæ ex theſauro dumtaxat fluerent, facile conſequeretur, ꝙ ui clauium, qua diſpenſantur: nihil niſi tranſlatio operũ fieret: ſed quia partim ex theſauro, partim uero ex clauibus pendent, palam conficitur, quod uirtute clauium aliqua remiſſio fiat.

Indulgẽtiæ tũ ex clauibus, tum ex theſauro prodeunt.

Secunda obiectio eluitur ex hoc, ꝙ opera Christi et sanctorum, q̃uis indulgentiæ in eccleſia non eſſent, non iacent ocioſa, cum plurimum boni ſemper nobis impertiant, multifariamq́; ſuccurrant. tamen illam temporaneam pœnã, quæ ex peccato relinquitur: niſi per attributionem non delent. Quorum probationem ſi Lutherus expetat, ad octauum caput eum remittimus.

Secũdæ obiectionis ſolutio.

Sãctorũ merita pœnas tẽporaneas p applicatiõe dũtaxat tollunt.

Ad tertiam obiectionem prompta patet reſponſio. Negandum enim eſt, nulla eſſe opera ſanctorũ relicta irremunerata: quoniam (ut præfatum eſt) plures pœnas in criminum ſuorũ ultionem ſancti ſubierunt, q̃ eſſent digni: et quæ nobis remanent applicandæ. Et dum Lutherus ijs obijcit, ꝙ deus premiat ultra condignum, et paſſiones non ſunt condignæ. Hic, uelit nolit, diſtinguere oportet: ut ſcripturarum loca concordent. Merita enim noſtra bifariam penſari poſſunt. Vno modo, ut a libero arbitrio prodeunt, et noſtra quodãmodo ſunt: et ſic nõ ſunt condigna ad gloriam futuram, quæ a diuinitate producitur.

Tertię obiectionis ſolutio.

Diſtinctiões frequenter poſtulant ſacræ literæ.

Opera bona quę ex gr͞a procedunt digna sũt beatitudine.

Gr͞ę et gloriæ eadem est causa.

te producitur. Alio modo, ut diuinitas ad ea facienda mouet, potissimumq; operatur: et sic ex pactione, qua operibus ex gratia elicitis deus gloriam spopondit, paris sunt dignitatis cum pręmio: quia utrinq; eadem est causa, q̄ ex diurni denarij conuentione uidere perfacile est. Qua distinctione constat: qualiter apostoli et sanctorum uerba, qui opera supererogationis non negant: interpretanda sint.

Quartę obiectionis solutio.

Error palliat⁹ ex scripturis nõ intellectis oritur.

Circũstãtia scripturarũ sententiã elucidat.

Quarta obiectio, quia ex obliqua scripturarũ interpretatione procedit male sana est: sed, ut Aug. est author: nequit error oriri palliatus, nisi de scripturis non intellectis. Tamen si, eodem teste, ex circũstantia scripturarum illuminatur sententia: ex pręcedentibus et sequentibus euangelici textus late patet, Christũ non de supererogationis operibus, quę indulgentias faciunt, ut Lutherus auguratur, sed de deo debitis, quæ diuina præcepta contingunt: loqui. Nam quum exemplo serui redeuntis de agro, qui iussu domini cęnam parat, eiusq; obsequijs iugiter mãcipatur, discipulos suos ad exequenda, sine intermissione et arogantia, diuina mandata cohortaretur: intulit: Cum feceritis omnia, quę pręcepta sunt uobis: dicite: serui inutiles sumus, fecimus, quod debuimus. perinde ac si diceret: Quũ omnia, quæ uobis fuerint iniuncta: expleueritis: nullã inde laudem uobis arrogetis, fecistis enim, quod serui facere debent, qui domini sui imperia diligẽtissime prosequuntur.

prosequuntur. Ex quibus non solum non sequitur, discipulos mandata domini non implesse: sed et est consequens, ꝙ omnia eis a domino iussa, ut seruus, exemplo cuius ad ea implenda cohortabantur, ex amussim seruauerint. Secus autem nullum nobis superest argumentum, ad probandũ eos, ex hac luce, ad cælum euolasse, dum constet neminem citra pręceptorũ obseruationem: iuxta illud: Si uis ad uitã ingredi, serua mandata: ad illud peruenire posse. Vnde si, authore Hier. anathema est, quicũq; dicit, deum impossibile pręcepisse, et absq; pręceptorum obseruatione nemo unq̃ beatitudinem cõsequutus est. perspicuum euadit, ꝙ omnes sancti, qui ad eam feliciter peruenerunt: omnia compleuerint. Adde, ꝙ sicut seruus, qui ultra obsequia domino iure debita, aliquid gratię adijcere potest: causa cuius, præter mercedem ei ex pacto retribuẽdã: aliquo munere donãdus ueniat. Ita eos, ultra mandatorũ opera deo debita: potuisse aliqua merita remuneratione digna, alijs largienda: uẽdicare. Et quãdo ijs Lutherus obijcit, ꝙ seruus inutilis citra nõ ultra fecisse intelligitur: respondeo, ꝙ seruus inutilis potius dicitur is, qui nullam domino prorsus utilitatem affert, q̃ qui citra debitũ facit. Vnde q̃uis apostoli pariter et omnes sancti ex obseruantia mandatorũ, quę eis solũ cessit in cõmodũ deo, qui bonorũ nostrorũ nõ indiget: nihil utilitatis õnino adiecerint: iuxta illud:

Apostoli omnia pręcepta plene seruauerunt.

Nullus unq̃ beatitudinẽ assecut⁹ est, nisi per præceptorũ obseruantiã.

Sãcti pmulta opa supererogationis perfecerũt.

Seruus inutilis

Obseruatio præceptorũ creaturę solum cedit in bonum.

 Omnes

vi utiles boni fideles

Omnes declinauerint simul, et inutiles facti sũt. serui tamen Christi boni et fideles, de exequendis diuinis mandatis solliciti; nihil seruandum omiserũt. Ex quibus palam est Lutherum, rancore indulgentiarum allucinatũ: Christi uerba praue explicasse.

Quintæ obiectionis solutio.

Ad aliud obiectum de uirginibus prudentibus, quę nihil olei fatuis dare uoluerunt: sit secundũ Augustinum breue responsum. ꝙ ideo eis oleum negauerunt, ut laudem hominũ, quam ex bonis operibus captarant: illis exprobrarent. et non, ut Lutherus putat, ꝙ merita cõmunicari non posse arbitrarent.

Sextæ obiectionis solutio.

Illa etiam Pauli loca: Vnusquisque mercedem accipiet. &c. Vnusquisq; pro se reddet rationem. &c. nõ sunt sic interpretãda, ut negent mercedem alieni laboris ad temporaneas pœnas soluendas applicari posse. quũ, testante eodem apostolo, Alter alterius onera portare debeat: sed quod æternæ gloriæ, aut pœnæ mercedem, quam sibi quisq; parare potest: unusquisq; recipiet, prout gessit in corpore. Vbi tamen aduertere oportet: ꝙ, ut Augusti. est author, nulli possunt merita aliena prodesse, qui non meretur in corpore existens, ut illa possint sibi prodesse.

Aliena merita possunt nobis per remissiões applicari.

Septimæ obiectionis solutio. Li. de pfecti one iustitię.

Ad aliam probationem, qua inquit: ꝙ omnis sanctus debitor est diligendi deum ultra q̃ potest. &c. quia forte nititur Augustini uerbis dicentis: Cum aliquid carnalis concupiscentiæ est, quod uel continendo frenetur: non omnino ex tota anima diligitur deus

tur deus. &c. Aduertēdum quod Augustino longe mens est: ut toto illo capite, unde hæc authoritas sumpta est: liquet: negare pręceptum de diligendo deo, ut mortales obligat: hac luce posse compleri: cum secus necessum esset ei fateri deum obligasse homines ad impossibile: sed propositū est probare, ꝙ dilectionis plenitudo, quam illud mandatum includit: hac uita haberi nequeat. Nam post uerba iam proxime exarata, statim subnexuit. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio? Et respondit. Non enim recte curritur, si, quo currendum est, nesciatur. Qomodo autem sciretur, si nullis pręceptis ostenderetur? quasi diceret: Hæc dilectionis perfectio non præcipitur, ut facienda: sed ostenditur, ut sciatur, quo perueniendū est. Ex quibus constat, ꝙ hoc pręceptum neminem mortalium cogit ad illam dilectionis perfectionem, quæ beatis dūtaxat conuenit: sed ad eam, quę ad uiatores spectat. iccirco qui hic deum amat, ut uiator, qui cursus finē ante omnia et præ omnibus diligit. i. qui deum rebus omnibus anteponit: mandatum de diligendo deo, ut uiatorem obligat: explet. Quod in idem redit: cum eo, quod recentiores theologi alijs uerbis docent, dicentes: ꝙ deus tūc super omnia diligitur: cū omnibus alijs rebus diligibilibus antefertur. Quare late patet, ꝙ sancti non modo deum super se diligere potuerunt: sed et plura supererogationis opera

Pręceptū diligendi dei hac uita expleri potest.

Pręceptū primum et maximū legis, nō pręcipitur mortalibus ut faciendū, sed ut sperādū.

Qui hic deū cūctis alijs rebus diligibilibus pręfert mādatū de diligēdo deo cōplet.

 patrare,

patrare, quæ ad largiendas uenias superfluerent.

Octauę obiectionis solutio.

Ad aliam obiectionem, qua Lutherus arguit, quod sancti per opera eorum perfectissima, scilicet martyrium, mortem. &c. respondeo, ꝙ indulgentiæ nõ exeunt, uti ipse æstimat, ab omnibus supererogationis operibus, quę sancti patrauerunt: sed solum ab illis, quæ in criminũ suorum satisfactionem subierunt. Vnde si quispiam eorũ sęuus suorum scelerũ ultor, passionem, martyrium, mortem, aut cętera id genus perfectionis opera, in solutionem subiuit, et tali non fuit supplicio dignus, id superabundantię, quod pertulit, ad indulgentiarum munera distribuenda relictũ est. Neq; urget, ꝙ Christus deiparaq; uirgo, qui ab omni labe prorsus fuerunt immunes, nihil pœnę, in proprij criminis ultionem, subierũt, quod in ecclesiæ thesauro reponi debeat: quia et si noxa caruerint: id tamen supplicij, quod perpessi sunt: totũ nobis, tum ad gratiam, tum ad gloriam, tum etiam ad pœnas soluendas: cõtulerunt. Is porro est ille thesaurus, qui cõsumi exhaurirriq; nequit. quo si innumeri adhuc mũdi redimendi superessent: abunde potiri possent. Q; si ex hoc Lutherus uelit inferre, deum minus libere egisse cum sanctis, quorum merita beatitudine digna, in solutionem alienarum pœnarum distribuenda reliquit: id non sequitur. Nam et si maioris gloriæ munere deus eos donare potuisset, si illa supererogationis simul et satis-

Indulgẽtiæ ortũ habent ab operibus satisfactorijs et supererogationis

Deus maiori gloria potuisset præ-

factionis

factionis opera, quæ gesserunt: beatitudine pręmiasset: non tamen eis quicq̄ subtraxit, si citra gloriæ præmium, alienis pœnis soluendis ea applicare maluit: quandoquidem nec ipsis inuitis id egit: nec eorū hinc beatitudo decrescit. Exemplum est in merito congrui. Quippe quod illud alijs tribuere possūmus, diuinę miserationis est, quę ob id nos etiā pręmio donans, alijs prodesse uult: quæqꝫ si secus uellet, illudqꝫ applicari non sineret, nulli iniuriam faceret, nulliqꝫ sese illiberalem pręberet. Qꝫ si adhuc Lutherus contendat ex ijs sequi: ꝙ si illa meritorū applicatio per indulgentias nō fieret. sancti in eorum solutionem gloriæ pręmium referrent, ac subinde ꝙ ecclesia, quæ illa in remissiones expendit: eis deroget. non est consequens: quia licet ecclesia illam meritorum attributionem non faceret. sancti ob ea nullam reportarent mercedem. Quoniam iccirco alijs applicantur: quia sanctis nō prosunt. Quod haud dubie diuinam miserationem commendat.

Nona obiectio, cōmentū Lutheri est, quod, sanctis insultans: crebro iactare consueuit.

Caput undecimum, quo authoritates sanctorum, quas ad cassandum ecclesiæ thesaurum Lutherus falso adduxit et exposuit: recte interpretantur.

Sanctorum

mīare sanctos q̄ præmiauit.

Sācti sua superogationis opera nobis apeli cari uolu runt.

Diuitię miseratiōis est aliena merita applicari posse.

De ijs superogatiōis operib⁹, quæ indulgētias faciūt, sācti nullā reportarēt mercedē, si adhuc remissiones non fierent.

Nonæ obiectionis solutio.

SAnctorum uero authoritatibus, quas ex eorũ scriptis oblique interpretatis Lutherus excerpsit: iam uel facillime respondebimus. Nam prima Aug. quam familiarem dicit, dissoluitur, explicãdo eam de leuibus noxis: in quas, secundum sapientis sentẽtiã: Septies in die cadit iustus et resurgit, quoniam cęteras grauiores, quæ gehẽne pœna plectũtur: oratio illa dominica, Dimitte nobis debita nostra: sine pœnitentiæ motu non tollit. Ijs inquã leuissimis neq; præceptorũ, neq; supererogationis opera reluctantur, quin cum ipsis pariter possint cõpleri: quum secus minime, ut proxime intuli, iustũ in eas septies in die incidere, sapiens affirmaret.

Ad primam authoritatẽ Aug. responsio.

Mortalis culpa nõ tollitur p orõnẽ dñicã citra bonum motum.

Opera supererogationis non repugnant uenialibus.

Secunda authoritas, ex psal. 31. sumpta: soluitur, etiã per hoc, quod male exponitur: quia, ut doctores illam explicant: Dauid eius author, non ob remissionem leuium criminum, quæ gratiam non excludunt: sed adulterij et homicidij, quæ in Vriam perpetrauerat: deo gratias persoluens concinnuit, dicens: Beatus uir, cui nõ imputauit dominus peccatũ. &c. Subiũgens: Pro hac, scilicet impietate cauenda: orabit ad te omnis sanctus. Impietas enim non solet in sacris literis leuis noxa, sed flagitiũ appellari. Vera est ergo Hieron. interpretatio, qua inquit, quod sanctitas impietatem non patitur: sed falsa Lutheri æstimatio, qua hinc arguit: nullũ sanctorum ea potuisse carere.

Secũda authoritatis solutio.

Impietas apud ecclesiasticos authores significat graue crimen.

Tertia

Tertia beati Augu. li. tractata. 1. dicentis, q omnia mandata implentur. &c. potius concludit, q sancti hac luce ueniali culpa carere nequiuerint, q̃ quod diuina mandata non compleuerint. Nam explicans illa, quæ li. sermonis domini in monte prius dixerat li. 1. retracta. sic inquit: Item quod scriptum est iota unum aut unus apex non transiet a lege, donec omnia fiant: cum exponerem dixi: nihil posse aliud intelligi, nisi uehementem perfectionis expressionẽ. Vbi merito queritur, utrum ista perfectio sic possit intelligi, ut tamen uerũ sit neminem iam utentem uoluntatis arbitrio, hic uiuere sine peccato: a quo enim usq ad unũ apicem lex persici potest, nisi a quo fiunt uniuersa diuina mandata: sed in eijsdem mandatis est tamen, quod iubemur orare: Dimitte nobis debita nostra. quam orationem usq ad finem seculi tota dicit ecclesia. Omnia ergo mandata facta deputantur. quando quicquid non fit, ignoscitur. Hæc ille. Vides quod Aug[l]. solum quærit, an quispiam in hac uita possit carere peccato. concludens, quod a ueniali nemo sit liber: Nam cum dicit, quod omnia mandata facta deputantur. &c. potius concedit, ea simul cum ueniali posse compleri, q̃ quod in eis explendis quis peccet. Quoniã si, ut ait, quicquid scilicet ex naturæ imbecillitate non fit, ignoscitur: et hac uenia uniuersa mandata cõplentur. ergo õnia præcepta pariter cũ ueniali cõpleri queunt. Ex

Tertiæ authoritatis solutio.

Nullus santorũ præter Christum et diuã uirginẽ caruit ueniali.

Diuina mãdata possũt impleri pariter cum ueniali.

Quicquid ex naturæ imbecillitate nõ ignoscitur.

e quibus

quibus non sequitur, q sancti diuina mandata non compleuerint, ut mortalibus complenda iubentur, sed quod cũcta legis adeo perfecte seu plene seruare nequiuerint, quin interdũ iota, aut apicem praetermiserint: hoc est, nõ potuerunt sic ad amussim esse perfecti: quin, iuxta illud: Septies in die cadit iustus: plerumq; deliquerint.

Sancti plerunq; delinquunt.

Quartae authoritatis solutio.

Ad aliud eiusdem Aug. dicentis: Vaeh hominum quantumcũq; laudabili uitae. &c. perfacile est respõdere: dumquidem omnes mortales, quantacumq; sint praediti sanctitate: egeant misericordia dei, qua sublata nec gratia aliqua, nec donum, quo malũ caueri, aut bonum parari possit: creaturę relinquitur. nihilominus tamen, quia uniuersę uiae domini misericordia et ueritas: et secundũ illud eiusdem Aug. deus, qui res humanas curat: iuste et misericorditer curat: ut nec seducat misericordia iustitiam, nec iusticia misericordiam excludat. potuerũt sancti, ope diuinae misericordiae adiuti: ultra omnem iustitiam deo ex praecepto debitam, permulta sibi comparare, quae aliorum subleuandae inopiae superfluerent eroganda.

Sãcti ultra praeceptorũ opera deo debita multa supererogationis pa rauerunt.

Quintae authoritatis solutio.

Illi autem authores, quos Aug. contra Iulianũ adducit: non aduersantur sententiae nostrae. dum constet omnes eos de uenialibus agere, quae supererogationis operibus non repugnant. Ex quibus omnib9 late patet. Q si Lutherus, ut blaterat: pro tu=

enda

enda sua opinione de indulgentijs ignem subiret: martyrium eius non esset ab ecclesia celebrandum. At cum obijcit, ꝙ ecclesia nõ satis dignum opus faceret, si tam preciosa merita tam uiliter expenderet: iubeo lectorem, ne sæpius idem repetam, eorũ meminisse, quæ decimo capite in octauã obiectionem prescripta sunt. Sed cum adhuc Lutherus obijcit, ꝙ solutio pœnæ est uilissimum donum: respondeo. ꝙ si sęuissima purgatorij supplicia, pro pœnis hic inexpletis luenda: expertus esset: non adeo paruifaceret ecclesiæ remissiones. tamen quia purgatorium negat, quod deo uindice aliquando passurus est: dũ tamen a suis prauis erroribus resipiscat: quia secus futurum est, ut apud inferos eos luat. dici potest nõ esse uile donum id, quo pœnitentijs iniunctis diuino iure et non tantum humano reddendis: quispiã sese redimit. Et dum subnectit, quod martyrũ pœnæ debent esse potius in exemplum. &c. dico, ꝙ et si sanctorum acta, undecumqꝫ miranda: sint cunctis posita in exemplum: tamen quia ob naturæ fragilitatem, Non omnia possumus omnes: pientissime ex illis statuuntur ab ecclesia remissiones: ut qui ea imitari nequeunt, eis adiuti: in eorũ admirationem laudemqꝫ excitentur. Quid enim infirmis imbecillibusqꝫ mortalibus, qui pœnitentias iniunctas in hac uita non complent: subuenire posset: si huiusmodi ueniæ a pia matre nõ fierent? Ne ergo nos ad

Ad primam rationem responsio.

Indulgentiarũ munera magna sunt in ecclesia.

Indulgẽtiæ pie statutæ sunt ab ecclesia.

atrocissimos purgatorij cruciatus remittat, hic meritis sanctorum indulget, quod secus illic passuri essemus. Vnde mira patris matrisq; pietas arguitur.

Secundæ rationis solutio.

Alia ratio de sanctorum communione, idemtidem soluta est.

Tertiæ rationis solutio.

Sed ad illā obiectionem, qua ueniale peccatū noua diffinitione describit, patresq; refellit: respondeo, q̃ uerbis Aug. quibus ipse abutitur, ut supra mōstraui: inferri nequit: quod sancti minus fecerint, q̃ debuerint: cū id esset refragrari saluatoris nostrę sententiæ, dicentis: Cum feceritis omnia, quæ pręcepta sunt uobis: dicite: fecimus, quod debuimus. Quippe qui recte fari potest: feci, quod debui: nō min⁹ fecit, q̃ debuit. Sed ex illis solū infertur, quod a ueniali non fuerunt immunes. Quod naturam lapsam, potius q̃ culpā accusat. Nempe fieri nequit, ut in corpore corruptibili, quod aggrauat animam: caro existens spiritui nō repugnet. tam et si credimus in apostolis, hic uiuentibus, omnia diuina mandata hactenus fuisse completa; quatenus in hac uita expleri possunt. ea scilicet mensura perfectionis humanæ: quanta, ut Aug. est author: in hac uita potest esse perfectio. Vnde dicens diuina mandata hic expleri non posse, et ea non explentes peccare: liquido incidit in illam Aug. sententiam, qua inquit asserere peccati reum teneri quenq̃: quia nō fecit, quod facere non potuit: summę iniquitatis est et demētię.

Caro in corruptibili corpore spiritui repugnnt.

Apostoli ea mēsura pfectionis humanę præcepta diuina compleuerūt qua a mortalibus expleri possunt.

Li. de duabus animabus. Ca. 12.

Ex quibus

Ex quibus dilucidũ est, ꝙ Lutherus, obliqua Aug. authoritatis interpretatione deceptus: perperã intulit, quod opus bonũ optime factũ est ueniale peccatum. Quia si optimum est id, cui nihil boni deest: et peccatũ ueniale boni carentia, quod opus sit optimum et ueniale fieri nequit. Quare satis constat, tutius fuisse Luthero diuum Bonauenturam, in describẽdo ueniali: sectari, q̃ proprio sensu in prauos errores abijsse.

Caput. 12. quo obiectiones, quas Lutherus in Christi merita potissimum indulgentiarum thesaurum componit: dissoluuntur.

TAm et si eis, quæ supra exarata sunt omnia Lutherana obiecta, in thesaurũ ecclesiæ confecta: amoliri queant: tamen quia Christi meritis pleraq; opponit, quę non dũ explosa sunt: ipsa iam aggrediens primæ obiectioni dissoluendæ manus admouebo. Sed una in primis est familiaris Luthero argumentatio, qua sæpe numero Romanę ecclesiæ fidem abrogat: quæ et si iam repulsa sit: non tamen erit ab re, eam, utpote religionẽ auersantem: identidem confutare. Putat enim, ꝙ asserere in ecclesia aliquid, cuius nulla scriptura aut ratio, pręter romanæ ecclesię authoritatem: reddi possit: sit ecclesiam hostium et hæreticorum irrisioni exponere: tanq̃ si

Primæ obiectionis solutio.

 cuncta

Romana ecclesia nihil astruit quod ratione aut authoritate non probet.

cuncta, quæ Romana ecclesia et patres, citra sacras literas et demonstrationem asserunt: populari trutina essent examinata. Cęterum demiror hominem alioqui eruditũ adeo desipere: ut putet artem, quæ potissimum usu et authoritate constat: posse robustiorem probabilioremq; rationem assignare: suorum authorũ usu consensuq;, quæ tanto alijs argumentis undequaq; acceptis pręstat, quanto in alijs artibus, quæ rationi nituntur: demonstratio suasibus: ut clarum est cernere in grammaticis, cęterisq; id genus disciplinis, quæ ex doctissimorũ hominũ authoritate effluunt. Quocirca si in ecclesiasticis literis, quæ sola authoritate constant: ad probandas serendasq; indulgentias, nulla alia ratio, pręter ecclesię ritum, ex eruditissimorũ simul et sanctissimorum hominum authoritate collectũ: nobis suppetat. Hæc una inter cæteras alias rationes, quę adduci queunt: omnibus satisfacere debet. Maxime quod id est unum, ac pene primũ nostrę religionis principium: ex quo, iuxta illud August. euangelio non crederem, nisi ecclesiæ crederem: fides pendet. Proinde de cætero, ne nobis succenseat Lutherus, si ecclesię more dumtaxat uicti, uenias prędicamus. quandoquidem nec fortius argumẽtum christiano afferri potest, nec ad probandum quippiam robustius. Porro si infideles et hæretici, qui etiã authoritate uicti: suas sectas amplectũtur: propria dogmata,

In disciplinis, quę authoritate cõstant robustissimum argumentũ est usus consensusq; authorum.

Ex ecclesię authoritate tota fides pendet.

mata ecclesiæ approbatione: quemadmodum christiani reciperent, nec alias rationes pluris facerent, nec quicq̄ fortius ecclesiæ authoritate eis persuadendis citari posset. Et dum Lutherus ijs opponit pighardos hęreticos, qui nō romanæ ecclesiæ sed scripturæ authoritatem aut rationem quærunt: respondeo, cum ijs agere, qui in unaquaq; re demonstrationem postulant: perdifficile est. Quippe, ut Aristoteles est author: non omnium in disciplinis ratio requirenda est: sed in quibusdam satis est monstratum esse, quoniam uera sunt: et enitendum est singula pertractare: ut suapte natura percipi possunt. At cum non omnia, quę Christus nobis tradidit, ut Ioannes Euangista testatur: scripta sint, omnium authoritatem aut rationē exigere: indisciplinati est, cum quo nō est disputandum. Sat ergo fuerit in ijs quę agrapha sunt, et nō ratione sed authoritate cōstant: monstratum esse, ecclesiæ et doctissimorum hominū confessione, quoniam uera sunt. Vnde puto pessimam hęresum eam esse, quæ ecclesiæ fidem, a qua omnia pene christiana sacramenta proficiscūtur: adimit: cum nihil omnino solidū religioni relinquat.

Indisciplinati est in unaquaq̄ re causā et rationē petere.

Non omnia quę ad fidē pertinent scripta sūt.

Ad alias obiectiones illis persimiles, quas in sanctorum merita Lutherus finxit: responsum est.

Aliarū obietionū solutiones, quę iā prescriptæ sunt.

Sed ad contradictionem, quam ex diuæ Thomæ et Bonauenturæ dictis, ignarus bonarum literarum: cōminiscitur:

Secũdæ obiectiõis specialis solutio.

cõmmiscitur: respondeo: q licet bona opera, ut ipsi recte sentiunt, præstent indulgentijs, et Christi merita remissiones faciant: nec est consequens, q ipsis Christi meritis antecellant: nec quod remissio nibus posthabenda sint. Quippe eorum ualor ac dignitas, et a meritis Christi procedit, et nobis gratiam et gloriã, utpote nostro arbitrio et labore parta: comparant, quã indulgentiæ, quæ solũ pœnas tẽporaneas eluũt: parare nequeunt. Tamẽ si Christi merita, ut Lutherus perperam æstimat: pœnis temporaneis soluendis duntaxat expenderẽtur, et nostra nobis gloriam compararent: facile consequeretur, opera nostra Christi operibus prę ferẽda esse. Sed quia quicquid nostra præ se ferunt, ex Christi meritis effluit, quæ ad gratiam simul et gloriam nobis adipiscendam distribuuntur, potius infertur exequenda esse bona opera, quæ meriti Christi uirtute gloriam nobis comparant, q̃ quod sint anteponenda Christi operibus aut remissionibus, quę meriti Christi uirtute pœnas tãtũ delent postponẽda.

Quicquid boni operationes nostrę prę se ferunt ex christi meritis procedit.

dulgentia pœnas temporaneas cum christi (manuscript)

Bona opera preferenda sunt indulgentijs.

Tertiæ obiectionis solutio.

Ad argumentũ uero, quod glo. de pœnitẽ. et re. ca. Quod autem: facit: scilicet si indulgentiæ sunt remissiones, non debet homo ultra ieiunare. & cæ. respondeo cum ipsa glossa, q nõ de necessitate, sed de honestate: cuius responsioni, licet omnes scholastici consentiant: illam tamen de remissionis incertitudine q̃ eis Lutherus falso imponit uno ore refellũt.

Ad quartam

Ad quartam autem, qua nobis papæ decretum de pœniten. et remiſſ. cap. Cum ex eo: obijcit: reſpondeo: quod Lutheranus mos eſt ſanctorum uerba obtruncare, eaq; citra pręcedentia et ſequentia, quę teſte Aug. ſententiam illuſtrant, citare, ut uel inde ueritatē inuertere: et eccleſiaſticos ſcriptores laceſſere queat. Innocentij tertij uerba, in cap. Cum ex eo: ſunt hæc: Quia per indiſcretas et ſuperfluas indulgentias, quas quidam eccleſiarum pręlati facere non uerentur, et claues eccleſiæ contemnuntur, et pœnitentialis ſatiſfactio eneruatur: decernimus, ut cum dedicatur Baſilica, non extendatur indulgentia ultra annum: ſiue ab uno ſolo, ſiue a pluribus epiſcopis dedicetur: ac deinde in anniuerſario dedicationis tempore, quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs: indulta remiſſio non excedat. Hunc quoq; numerum indulgentiarū literis præcipimus moderari, quæ pro quibuſuis caſibus aliquotiens conceduntur: quum romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueuerit obſeruare. Quæ uerba, ut liquet, potius prohibent remiſſiones immoderate, et citra cauſas fieri, quam earum ualorem minuant. Vnde haud dubium eſt, quod quidam eccleſiæ antiſtites, eis abutentes, huic papæ decreto contradicant, qui coercendi ſimul et pœna mulctandi eſſent, ne indulgentiæ, quæ ob eorum abuſum pene uiluerunt:

Quartæ obiectionis ſolutio.

Epi nequnt dare plenarias indulgentias.

Pontifex maximus debet mederate indulgētias dare.

adeo leuiter impertirentur, ut sacramentali satisfa=
ctioni iam non sit locus. Ex quibus constat: quod
papæ edictum astipulatum fuisset Luthero, si eccle=
siç prçsides prodigos remissionum collatores inces=
sisset: sed quia in thesauros sese conuertit: tota ec=
clesia, cum omnium orthodoxorum cœtu: ei refra=
gatur.

Obiectionis ultimç so=lutio.

At cum ultimo iuniores theologos, et Aristotelem philosophiæ principem, cunctis sæculis cantatissi=mum: maledica ac petulanti lingua insectatur: cō=temnendus est, ut qui indulgentiarum rancore ui=ctus, probris delectatur.

Caput. 13. quo ostenditur quibus in=dulgentiç prodesse queunt.

HActenus Lutherana commenta, quç indulgentias amoliri conabantur: dissoluimus. nūc autem priusq̄ illa, quç eas iustas faciunt: scribere aggrediamur: nonnihil conferet, eorum hominū genus ostendere, quibus huiusmodi indulgentiç prodesse queunt.

Quibus prosunt indulgentiæ.

Quisquis ergo illarum particeps esse cupit, prius a pœnç çternæ reatu, si quem commisit: ut sese purget oportet. Quia secus, nec efficere, nec ei conferre quicq̄ indulgentiç poterunt. Quod uel hinc manifestum est. Nam cum sint temporaneç pœnç remissiones

ones, qua purgati a mortalibus obstringuntur, qui lęthali noxa non carent, aut æternę pœnæ uinculo detinentur, eis potiri nequeunt. Ex quo conuincitur, ꝙ qui in uenialibus agunt, aut pœnitentia iam mortalia crimina expiauerunt: facile sibi eas poterunt promereri. Sed hic iure oritur dubium, an animæ, quæ in purgatorio degunt, et ut cōstat sunt in charitate, et temporaneas pœnas, quas uiuentes in carne contraxerunt, et persoluere neglexerunt: igne luunt: indulgenrias huiusmodi cōsequantur? Quidam, quos nunc sequimur: freti illo uerbo Christi ad Petrum: Quodcumq; solueris super terram. &c. dicunt animas, quæ purgantur summorum pontificū iudicio: neutiq̄ subijci: eo quod non super terrā sunt. Maxime, quod a corporibus separatę, iam uidentur mortalium forum euasisse. Quocirca precationes pontificum, eis suffragari, potentia uero minime prodesse potest. et si ex thesauro ecclesię diuinitati oblato: nonnihil adiuuari queant.

Agentes in mortalibus nequeūt indulgentias consequi.

Prima opinio.

Animæ existētes in purgatorio non subijciūtur iurisdictioni ecclesię.

Alij, e diuerso opinantes, dicunt: ꝙ et si pręfatæ animæ subtus terrā, extraq; mortalia corpora agant: nihilosecius tamen, quia citra terminum consistūt uiatoribus annumerari debent: ac subinde militantis ecclesiæ principi subijci. Vnde illud Christi: Quodcumq; solueris super terram. &c: non de agētibus in humanis: sed de omnibus, qui in uia sunt, intelligunt. Sed hæc opinio, quia leuissimo funda-

Secunda opinio.

 mento

Secundæ opinionis cõfutatio.

uiator.

mento nititur: facile ruit. Viator enim cõmuni theologorum uoce is ſolum appellatur, qui meritum et demeritum ſibi comparare poteſt: et non qui intra terræ ambitum continetur. At quum animę illę nec mereri nec demereri quippiam poſſint, conſequens eſt, ꝙ nec uiatoribus adſcribi. Vnde haud dubito, ꝙ prior opinio, uti patribus magis cõſentanea, amplectenda ſit. Erit itaq; iam pijs mentibus perſuaſum: ꝙ animæ, quæ purgatorio igni mancipantur: poſſunt, non iudicio pontificum, ſed precationibus pariter et eccleſiæ theſauro, a pœnis illis temporaneis liberari. Cuius rei uel hinc ſumitur argumentũ quod Chriſtus huiuſmodi theſaurum, nõ pro mortalibus dumtaxat, ſed pro omnibus pœnæ temporaneę debitoribus, qui pijs eccleſię precibus adiuuari poſſent, citra quãuis exceptionem et acceptionem Petro tradidit diſpenſandum. Quod nõ ſic interpretandum eſt, ut quidam uolunt, dicentes: quod nec plus defunctis animis prodeſſe poſſit, q̃ ſi citra indulgentias diſtribueretur: cum quia fruſtra per põtifices uenias ex eo fierent, tum etiã quia tunc haud quaq̃ eorundem pontificũ poteſtati ueniret diſpenſandus, ſed intelligendum eſt, quod eiuſmodi theſaurus nequeat illis animis, ut uiuis prodeſſe, quibus quia eccleſię iuriſdictioni ſubiecti ſunt, non ſolum per modum ſuffragij, ut ſcholaſticorum uerbis utar: ſed per modum poteſtatis ſuccurrit. Vnde arbitror

Animæ exiſtẽtes in purgatorio poſſunt eccleſię theſauris adiuuari.

Indulgẽtiæ plus profũt uiuis q̃ defunctis.

bitror, quod quo illæ animæ in charitate agentes, fini magis propinquāt, et minus q̄ mortales sibi subuenire possunt, eo plus illo potiri queant.

Caput. 14. quo perstringuntur causę, ob quas indulgentiæ dari debeant.

NVnc autem, priusq̄ sermoni de indulgentijs finem imponam: operęprecium me facturū existimaui, si ea, quæ ad eas rite distribuendas pernecessaria sunt: ostenderem: quia hinc, ut reor, totus earum ualor pensatur. Tria igitur sunt, quæ confessione omnium uere remissiones efflagitant: quorū si unum tantum desit: pro nihilo habendæ sunt. Primum est potestas in conferente, qualis est in romano pontifice: qui, ut theologi et canones asseuerant: plenam remissionem facere potest. Et in episcopis, qui in dedicatione ecclesiæ annum: siue ab uno, siue a pluribus fiat: et in āniuersarij tempore, quadraginta dumtaxat indulgentiarū dies dare possunt. extra de poeni. et. re. cap. Cum ex eo. Secundū est iusta causa, quæ in eis dandis adeo expetitur, ut citra illā dari nequeant. Quod uel hinc liquet, quia cum sint thesauri distributiones, qui in reipublicæ defensionem aut cōmodum: ad hoc enim in ecclesia est reconditus: expendi debet. Consequens est eas aut ad Christiani nominis tutamentum, aut hostes

Tria requirūtur ad cōferēdas indulgentias.

Epi nequnt ultra quadraginta dies indulgentiarū dare.

Indulgētiæ citra iustas causas collatæ nihili ęstimātur.

 debellandos,

ob quas causas indulgētiæ dari debeant.

Abbates et cęteri inferiores epīs indulgentias dare non possunt.

papa nequit absq; iusta causa cōferre indulgentias.

Nulla relaxatio citra rationabilem causam facta est licita

debellandos, aut pia loca extruēda, qualia sunt monachorum cœnobia, diuorum templa, pauperum hospitia. &c. hoc genus, quæ religionem, uel pietatem præ se ferunt: largiendas esse. Tertiū est, quod indulgentijs potiturus, ecclesiæ fidem habeat, et a lęthali crimine liber, eam operam ultro subeat, quæ ab illarum collatore taxatur. Ex primo admonētur abbates, et cæteri episcopis inferiores, ne hāc potētiam, quę eis aqua et igni interdicta est, sub quouis reuelationis aut sanctitatis prætextu: usurpent. Vnde potius puniendi, q̄ audiendi sunt homines, qui ut misellam plębeculam fallant, indulgentiarū oracula sibi fingunt. Ex secundo, quia ex hoc potissimum indulgentiæ in immensum excrescunt, quod earum collatores, potius lucri quęstus, q̄ iustas causas explorant. aduertendum, q; et si papa, qui plenitudinem obtinet potestatis, absq; iusta causa uenias conferat: nec quicq̄ prodesse queunt: tū quia Paulo authore, hæc potestas est ei in ędificationē et nō in distructionē cōcessa: tū quia non dn̄s, sed dispēsator thesauri: iuxta illud eiusdē apl̄i: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores ministeriorū dei: censendus est. Nam quemadmodū ad remittendas obligationes, iuramento aut uoto quęsitas, sola potestas sine legitima causa nō sufficit, ut extra de uoto et uoti redemp. ca. 1. palam cōstat: ita nec ad remittendas pœnas, ex noxa cōtractas.

ctas. Viderint ergo illi, qui ob res leuissimas uenias faciunt: quid conferant. Quippe efflagitant, ut cæteræ permutationes, iustam causam, et æquũ iustitiæ libramen, ut tanti sint, quanti æstimantur. In quibus, ut in permutandis uotis: prælatum perspicere oportet, quid melius sit, et deo acceptius: ut secundum illud æqua lance pensatum: remissiones recte facere possit. Vnde sicut non est tutus ille, cum quo papa sine sufficienti causa dispensat: ut dñs Adrianus sextus, pontifex maximus, ingenue testatur: ita nec qui remissionibus, citra iustam causam collatis: nimium fidit. Sed unde causæ sufficientia accipi debeat, uiro sapienti uidere non est difficile. Nam sicut in omni arbitrio, et iusta rerum permutatione, pernecessaria est æquitas, quæ non in impartibili, sed latitudinis medio consistit: ita in distribuendis remissionibus. Quapropter non est æquum, ut diues, qui fabricæ sancti Petri, aut cuiusuis alterius pietatis operi, aureum porrigit, plenas indulgentias, quas patres ob peregrinos aduentantes in urbem statuerũt: ita consequatur, uti illi, qui peregre proficiscuntur. Vnde exterminandæ potius, q̃ prædicandæ sunt indulgentiæ, quæ ob uisenda templa, aut precationem dominicam proferendam, aut tenuissimos sumptus in basilicarũ constructionem faciendos: plenam remissionem, aut indulgentiarũ annos pollicentur. Quoniam, ut idem dominus

In permutã dis uotis p̃latis pensandũ est quid sit deo acceptius.

Qui pegrinant uerius obtinent indulgentias illis qui pecunijs eas comparant.

Adrianus

Ob res leuiſculas nemo aſſequit̃ plenarias remiſſiones.

Adrianus ſextus inquit, Remittere pœnam citra cauſæ ſufficientiam, perinde eſt ac remittere abſque cauſa: quod ſequenti probat exemplo. Nam ſi pontifex maximus diſpenſet cum aliquo, ut tres curas gerere poſſit, et ſubeſt ſolum cauſa, ut duas gerat: talis diſpenſatio eſt diſſipatio, et nō tutatur eum, cum quo diſpenſatur. Idem enim eſt, ac

citra cauſas ſufficientes papa diſpēſare nequit.

ſi is, cui bona reipublicæ diſpenſanda tradūtur: det mille illi, qui dignus eſt tantum centū. Sed ſine cauſa non poteſt papa ex ſola gratia et arbitrio remittere: ergo nec ſine rationabili et ſufficienti cauſa. Hæc ille. Cui Ioannes de Gerſono theologus chriſtianiſſimus pariter et eruditiſſimus, in tractatu de abſolutione ſacramentalis confeſſionis: ijs uerbis aſtipulatur, dicens: Cum poteſtas concedendi indulgentias non ſit niſi quædam poteſtas diſpenſationis, quæ debet eſſe rationabilis, et ad ædificationem: ideo ſi dentur ſine cauſa rationabili, ſolo intuitu fauoris humani, uel alio tali modo, nō oportet, ꝙ huiuſmodi indulgentiæ ualeant, quantū ſonant,

Indulgētiæ ob fauorem collatæ pro nihilo ęſtimantur.

propterea fatuæ et ſuperſtitioſę ſunt quædam intitulatiões uiginti milium annorū, qui dixerint quinquies pater noſter ante talem imaginem: et eſſet per prælatos prouidendum: quia cedit in contemptum et deriſionem indulgentiarum, nec continent uerū. Idem ferme repetit in tractatu indulgentiarum, cōſyderatione nona: frequenter aſſerens, ꝙ indulgentiæ citra

tiæ citra

tiæ citra rationabilē causā collatæ: pro nihilo habē-dæ sint. Ex quibus, ut finem dicendi faciā: satis cō-stat, ꝙ si in dandis ueniꝭs iusta causa nō intercedat, collatorum potentia parum aut nihil proderit.

Cōferentiū indulgētias potestas sine rationabili causa parū efficit.

Caput. 15. et ultimum, quo in indulgentias ad placitum pontificum, et citra iustas causas statutas, inuehitur, et quod paruipendendæ sint: demonstratur.

EX omnibus igitur, quæ hactenus scripta sunt: perfacile est iudicare quantū ualeant indulgentię, quæ passim uulgo habentur, quātiꝗ pensi sunt earum uolumina, quæ quotānis ex urbe effluunt, et in ecclesiasticę authoritatis contemptū: quod absꝗ animi affectu fari nequeo, miris quęstorum clamoribus per orbem circumferuntur: quibus, quod ridiculosissimum est: uetularum et ædicularū scrinia oppleta sunt. Neꝗ hic urget nos argumentū, quod earum declamatores perperam iactare solent, dicentes: quod sunt ab ecclesia fabricata. Quippe nō ab ecclesia, quæ nec errare, nec rationis metas transire nouit, sed ab exactorum auaritia cōminiscūtur, qui tantum ex eis lucri reportant, ut omnibus aliꝭs bonis operibus, pręferre contendant. Quibus si phas sit uerum suggerere, consulo: ut si illas maioris ęstimari uelint, in pristinam integritatem, qua iustę ex-

Indulgētiæ quę a questoribus prędicantur, potius fabricatę sunt ab auaritia q̃ ab ecclesia.

igueq; fuere, restituant, ut quo rarius iustiusq; fiāt, eo pluris æstimentur. Consulo etiā illis, qui ad eas nimiū aspirant, et ad plenarū remissionū emporia, pontificum arbitrio statuta: passim confluunt: ut dum eas ex iusta causa ꝓmanare nō uiderint: comparare non curent. Quia tutius est eis iniūctas pœnitentias explere, aut quæuis alia misericordiæ opera prosequi, q̄ uanissimis indulgentijs fisi: purgatorijs flammis mancipari. Non tamen eo inficias, si omnia, quæ in literis indulgentiarum facienda describuntur, rite compleant, quin iuxta ratam et operis proportionem ad iustam causam plus meriti gratia indulgentiarum consequantur, q̄ si ęquale opus citra indulgentias, dūmodo cætera paria sint: subirent. Et hęc de indulgentijs dicta sufficiant.

Indulgētiæ ad placitū pontificum statutę parū conferunt.

Finis.

Londini in ædibus Pynsonianis, cum priuilegio a rege indulto.

ERRATA.

Charta. 2. lege eorundem.

Char. 10. le. q̄plurima.

Char. 11. in anno. le. quia ex clauibus.